



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Loca Infesta,|| Hoc est:|| De Infestis,|| Ob Molestantes||  
Daemoniorvm Et Defvncto-||rvm Hominvm Spiritvs,  
Locis,|| Liber Vnvs.||**

**Thyraeus, Petrus**

**Coloniae Agrippinae, 1598**

**VD16 T 1247**

Cap. X. Qui ex molestantibus Spiritus frequentius autoprosopos rebus  
viuentium intersint, & qui rarius?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61332)

in primis B. Augustini, qui lib. de Cura pro Mortuis agenda cap. 15. 16. ait, non nisi impudenter negari id posse: idemque confirmat exemplo B. Felicis Nolæ Episcopi, quem ciuibus Nolanis apparuisse testatur sibi constare certis testibus: omitto etiã exempla; Samuelis, quẽ sacrę literę offerunt, & aliorum, quos probatę historię suppeditant: ipsa quorundam Spirituum species atque forma, vox & oratio, officia, hisquę similia magnum sæpe argumentum præbent, vt omnino autoprofopos Spiritus defunctorum nobis adesse credere debeamus.

Nec Abrahami ad Lazarum facta oratio nobis hic contradicit, in qua tamen plurimum præsidij quidam ponunt. Non enim respondet Abraham non posse, aut non solere ad hanc vitam redire mortuos; quemadmodum ante responderat. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est; vt hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint: sed respondet: Habent Moysen & Prophetas, &c.

Constitutum ergo hoc capite sit. & *Demoniorum Spiritus ad viuentes autoprofopos reuerti, molestosquę esse; reuerti etiam autoprofopos defunctorum hominum, siue ignibus infernalibus ad tempus, siue perpetuò sint adiudicati. Sed qui frequentius? Hoc sequenti capite definiendum.*

## CAP. X.

*Qui ex molestantibus Spiritibus frequentius autoprofopos rebus viuentium intersint, & qui rarius.*

**Q**UOD coniectura, rationeque consequi possumus in propo-  
sita quæstione, id tribus membris concludimus, *frequentissime rebus viuentibus interesse autoprofopos Spiritus Demoniorum; Rarius Spiritus purgandorum; Rarissime Spiritus damnatorum hominum.* In his astruendis eadem nobis hic seruiunt rationes, quibus superius, capite quinto docuimus *rarissime molestas esse Spiritus hos postremos, frequentius secundos, frequentissime primos.*

Et de *Demoniorum Spiritibus* res clara est multis argumentis. Primò, quia etiam quando plerique humanorum adsunt, ipsi non desunt: & sæpissime ipsi & suo priuato nomine molestant, & nomine Spirituum humanorum, quando omninò necesse est ipsos in propria persona adesse.

Deinde:



3. Deinde quotiescunq; sub brutorum animantium forma conspiciuntur Spiritus; quotiescunq; monstra exhibentur, dubium non est *autoprofopos* adesse Dæmoniorum Spiritus. Hæ formæ humanis non conueniunt, conueniunt tamen multis, iustisq; de causis Spiritibus Dæmoniorum. Quoties verò sub his formis conspiciuntur Spectra?

4. Tertio, sæpissimè molestias tantas, & tales sustinent viuentis, in Spirituum infestationibus; vt per humanorum spirituum vires non posse videantur afferri. Hic si quandoq; *autoprofopos* humani Spiritus adsunt, profectò non absunt Spiritus Dæmoniorum.

5. Quòd si iam *ingenium* Dæmonum attendamus, clarius, quòd asserimus, intelligetur. Cupiunt ipsi viuentibus esse molesti; quocirca & iisdem adesse. Defunctorum hominum alij, id est damnati, malunt hominibus esse ignoti: alij quamuis cognosci non refugiunt, molesti tamen esse nollent, si aliis rationibus necessitates suas explicare possent. Molesti igitur qui sunt, quicq; conditionem suam innotescere cupiunt, vt plurimum dæmones erunt.

6. Deus quoque potest velle, vt iisdem sæpissimè rebus mortalium intersint, partim ob graua, quæ in improbis vindicanda sunt delicta: partim ob profectum proborum, quorum per Dæmones virtutem exercere solet. Vtraq; enim quamuis alijs rationibus, per infestantes tamen Dæmones ob plurimas causas perficit.

7. Nam in improborum delictis vindicandis, intelligunt mortales peccatorum suorum grauitatem: defectus suos atque errata non latere Deum in cœlis: futuræ vitæ extremam miseriam, infelicissimam suam, nisi resipiscant, conditionem. Denique non fabularum loco habenda, quæ de futuræ vitæ, per Dæmones afferendis grauissimis tormentis Sacræ paginæ recensent, quando eorum etiam in hac vita obseruant, & experiuntur, quamuis leuia, argumenta.

8. Eadem possunt intelligere in proborum exercitio: Sed illud præterea, quòd verissimè ab Apostolo dictum sit, *Diabolum circuire, tanquam leonem rugientem, & querere quem deuoret*: hoc inquam possunt intelligere, quando non ex insidijs tantum, & occultè nos adoritur, sed palam quoque infestationibus, molestiis & terculamentis oppugnat, & exagitat.

9. Hinc tot exempla infestationum Dæmoniacarum, non Ecclesiastici solùm, verum etiam profani Scriptores literis consignarunt, & posteritati tradiderunt. Hinc tot nostris temporibus, si non apud probos, quorum minor numerus, certè apud improbos dæmonum, nunc ludificationes, nunc infestationes.

Certe-



Cæterum, vt Dæmoniâ Spiritus frequentiffimè: ita *pariffimè* autoprofopos adfunt Spiritus damnatorum hominum. Neque enim ipfi caufas habent; cur, vt ad viuos redeant, affectare debeant. Neque vt Deus Opt. Max. ipfos itentidem redire velit, rationes iuftæ inueniuntur. Neque per Dæmones, fub quorum poteflate funt, redire frequentius coguntur. Hæc, quia fuperius docuimas, hîc repetere non eft neceffe.

10.

At non ita rarè autoprofopos viuentiũ rebus interfunt Spiritus purgandi. Quæ enim caufæ prohibent damnandorum hominum Spiritus redire; illæ hos ad reditum prouocant. Arcet illos fuperbia: at hi Spiritus humilitatis funt alumni, & honoris per hunc reditum vel iacturam non faciunt, vel fi faciunt, tanti non faciunt, quanti bonum, cuius confequendi fpe lactantur.

11.

Bonum his proprium magnum eft propofitum; libertas videlicet à grauiffimis pœnis; hoc illi fperare non poffunt. Quocirca hi, non illi in hoc fuo reditu fingularem Dei clementiam agnofcunt. Eft & aliorum ipsis bonum propofitum, quibus fe exhibent; hos partim de futuræ vitæ, fupplicijs inftituunt, partim ad opera mifericordiæ Spiritualia cum magno ipforum emolumento inuitant. Neutrum propofitum eft damnatis, licet prius aliquando eueniat.

12.

Volet eodẽ etiam fæpius ad nos redire Deus Opt. Maxi. non propter iam dictas caufas tantum; verum etiam, quia filiorum loco habet, dignosque cenfet, quibus vberiora fuæ clementiæ argumenta aliquando exhibeat. At hæc in damnatorum hominum Spiritus non conueniunt.

13.

Nece adẽ neceffitate hi Spiritus ad purgatoria loca, quâ illi ad infernum, alligati funt. Huius illud haud leue eft argumentum, quod his nulla fit fpe infernum aliquando relinquendi; illi certiffimi funt, quod purgatorijs locis perpetuo concludi non poffint.

14.

Hæc confirmant ipforum Spirituum, qui plerumque moleftant cõfefsio. Exorcifmis enim adiurati plurimi; vt qui funt, quasue ob caufas ad viuos redierint, prodant; miferiam fuam explicauerunt, feque fuffragiorum obtinendorum caufa adefse

15.

profefsiffint, & fidem verbis fuis fecerunt; quia post fuffragia exhibita, omnis per illos allata moleftia & infeftatio

conquieuit.

F

CAP.